

- » si intendat renuntiare cum conditionibus captis et declaratis sue
- » excell. nec ne : Proptera, Vadit pars

» Quod domini consiliarii et capita hujus excell. Consilii se  
 » conferre debeant ad ipsum illustriss. principem, dicendo sibi  
 » pertinentibus et accommodatis verbis, quod quia excell. sua heri  
 » sero inter cetera dixit dominis consiliariis et capitibus, quod no-  
 » lebat dicere circa renuntiationem suam de sic, nec de non, Con-  
 » silium ipsum cum additione deliberavit mittere ipsos dominos  
 » consiliarios et capita ad excell. suam pro intelligendo definitivam  
 » ejus intentionem, ut ea intellecta providere et deliberare possit  
 » sicut sibi videbitur.

» Consilium autem istud non recedat, sed sit unitum stare de-  
 » beat, ut intellecto responso prefati principis consultare ac deli-  
 » berare possit utilitatem et commoda nostri status (1).

» De parte . . . . .	27
» De non . . . . .	3
» Non sincere . . . . .	8 .

*Decreto per la deposizione del doge.*

» Die XXII. octobr. cum additione.

- » Ser Orius Pasqualigo,
- » ser Matheus Barbaro,
- » ser Johannes Laureano,

(1) Nel MSS. è omessa quest'altra de-  
 liberazione, la quale nel Regist. del C. X.  
 segue immediatamente la surriserita: « Die  
 » XXII octobr. cum additione. Quoniam  
 » in hac materia illustrissimi principis que-  
 » diu disputata est in hoc consilio, sicut  
 » omnes intelligere potuerunt sunt diverse  
 » opiniones et sententie; videlicet si res  
 » ista in isto Consilio aut in majori Con-  
 » silio definiiri debeat: Vadit pars per viam  
 » declarationis.

» Ser Jeronimus Donato et ser Jeroni-  
 » mus Barbadico, capita — Quod materia  
 » ipsa diffiniri debeat in majori consilio:  
 » De parte 16-16-16-14.  
 » Ser Jacobus Laureano caput — Quod  
 » materia ista principis nostri diffiniri et  
 » expediri debeat per istud Consilium cum  
 » additione:  
 » De parte . . 19 . . 19 . . 19 . . 21  
 » De non . . . o  
 » Non sincere. 3 . . 3 . . 3 . . 3 .